


## Proper Prayers of the Mass

On the First Friday of March

# THE MYSTERIES OF THE WAY OF THE CROSS OF OUR LORD JESUS CHRIST

(Double of the Second Class)



After the example of our Holy Father Francis, the Friars Minor always deeply venerated the bitter sufferings and death of the Saviour, and since the days of St. Francis, they have been in Palestine almost uninterruptedly, guarding the Holy Places. St. Bonaventure composed an office in honour of the sufferings of Christ, and St. Leonard of Port Maurice was noted for his zeal in spreading devotion to the Passion. In 1906 the Franciscans were permitted by Pius X to celebrate the Feast of the Way of the Cross.

### INTROIT : Hebr., 12:1

CURRÁMUS ad propósitum nobis certámen, aspiciéntes in auctórem fidei et consummatórem, Jesum; qui, propósito sibi gáudio, sustínuit crucem, confusióne contémpsa.

*Ps. 117:1.* Confitémini Dómino; quóniam bonus, quoniam in sæculum misericórdia ejus. *Ÿ.* Glória Patri.

LET us run to the fight proposed to us; looking on Jesus, the author and finisher of faith, who having joy set before Him, endured the cross, despising the shame.

*Ps. 117:1.* Give praise to the Lord, for He is good: for His mercy endureth forever. *Ÿ.* Glory be.

### COLLECT

Deus, qui nos ínclýta passióne Fílii tui per viam crucis ad ætérnam glóriam pervenire docuísti: concéde propítius; ut, quem piis ad Calváriæ locum so ciámus afféctibus, in suis étiam triúmphis pérpetim subsequámur. Qui tecum.

O GOD, who hast taught us, through the illustrious Passion of Thy Son, to arrive at eternal glory by the way of the cross; mercifully grant that we may follow Him eternally in His triumph whom we accompany to Mount Calvary with pious devotion. Who with Thee.

## EPISTLE : Isaias. 53: 6-12

OMNES nos quasi oves errávimus, unusquisque in viam suam declinávit: et pósuit Dóminus in eo iniquitátem óm-nium nostrum. Oblátus est quia ipse volúit, et non apéruit os suum: sicut ovis ad occisiónem ducétur, et quasi agnus coram tondénte se obmutéscet, et non apériet os suum. De angústia, et de júdicio sublátus est: generatióem ejus quis enarrábit? quia abscíssus est de terra vivéntium: propter scelus pópuli mei percússi eum. Et dabit ímpios pro sepultúra, et dívitem pro morte sua: eo quod iniquitátem non fécerit, neque dolus fúerit in ore ejus. Et Dóminus volúit contérrere eum in infirmitáte: si posúerit pro peccáto ánimam suam, vidébit semen longævum, et volúntas Dómini in manu ejus dirigétur. Pro eo quod laborávit ánima ejus, vidébit et saturábitur: in sciéntia sua justificábit ipse justus servus meus multos, et iniquitátes eórum ipse portábit. Ideo dispértiam ei plúrimos: et fórtium dívidet spólia, pro eo quod trádidit in mortem ánimam suam, et cum scelerátis reputátus est: et ipse peccáta multórum tulit, et pro transgressóribus rogávit.

He hath delivered His soul unto death, and was reputed with the wicked; and He hath borne the sins of many, and hath prayed for the transgressors.

## GRADUAL : Hebr. 13:12,13

Jesus ut sanctificáret per suum sánguinem pópulum, extra portam passus est. V̄. Exeámus ígitur ad eum extra castra, impropérium ejus portántes.

ALL we like sheep have gone astray, everyone hath turned aside into his own way: and the Lord hath laid on Him the iniquity of us all. He was offered because it was His own will, and He opened not His mouth: He shall be led as a sheep to the slaughter, and shall be dumb as a lamb before His shearer, and He shall not open His mouth. He was taken away from distress, and from judgment; who shall declare His generation? Because He is cut off out of the land of the living: for the wickedness of My people have I struck Him. And He shall give the ungodly for His burial, and the rich for His death: because He hath done no iniquity, neither was there deceit in His mouth. And the Lord was pleased to bruise Him in infirmity. If He shall lay down His life for sin, He shall see a long-lived seed, and the will of the Lord shall be prosperous in His hand. Because His soul hath laboured, He shall see and be filled; by His knowledge shall this My just servant justify many, and He shall bear their iniquities. Therefore will I distribute to Him very many, and He shall divide the spoils of the strong, because

Jesus, that He might sanctify the people by His own blood, suffered without the gate. V̄. Let us go forth therefore to Him without the camp, bearing His reproach.

## TRACT : 1. Peter 2 : 22-24

Christus peccátum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus. *Ÿ*. Qui cum maledicerétur, non maledicébat; cum paterétur, non comminabátur; tradébat autem judicánti se iníuste.

*Ÿ*. Qui peccáta nostra ipse pértulit in corpore suo super lignum; ut, peccátis mórtui, justítiae vivámus.

Christ did no sin, neither was guile found in His mouth. *Ÿ*. Who, when He was reviled, did not revile: when He suffered, He threatened not: but delivered Himself to him that judged Him unjustly. *Ÿ*. Who His own self bore our sins in His body upon the tree: that we, being dead to sin, should live to justice.

*Outside Septuagesima & Lent:*

## ALLELUIA : 1. Peter 4 : 13

Allelúia, allelúia. *Ÿ*. Communicántes Christi passiónibus gaudéte, ut et in revelatióne glóriæ ejus gaudeátis exultántes. Allelúia.

Alleluia, alleluia. *Ÿ*. If you partake of the sufferings of Christ, rejoice that when His glory shall be revealed, you may also be glad with exceeding joy. Alleluia.

*In Paschaltide:*

## ALLELUIA : Luke 24 : 7

Allelúia, allelúia. *Ÿ*. Oppórtuit Fílium hóminis tradi in manus hóminum peccatórum, et crucifígi, et die tértia resúrgerere. Allelúia. *Ÿ*. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi, quia per sanctam crucem tuam redemísti mundum. Allelúia.

Alleluia, alleluia. *Ÿ*. It behooved the Son of Man to be delivered into the hands of sinful men, and be crucified, and the third day rise again. Alleluia. *Ÿ*. We adore Thee, O Christ, and we bless

Thee, because by Thy holy cross Thou hast redeemed the world. Alleluia.



## SEQUENCE

Christi mortem, Christiáne,  
Sero plangas atque mane,  
Et in planctu gáudeas.

Diligéntem pone mentem  
Super Christum patiéntem,  
Ut sibi condóleas.

Quam despéctus, quam dejéctus  
Rex cælórum est efféctus,  
Ut salváret sæculum!

Esurívit et sitívit,  
Pauper et egénus ivit,  
Ad usque patíbulum.

Cum dedúctus est Imménsus,  
Et in cruce tunc suspénsus,  
Fugérunt discípuli.

Manus, pedes perfodérunt,  
Et acéto potavérunt  
Summum Regem sæculi.

Cujus óculi béati  
Sunt in cruce obtenebráti,  
Et vultus expálluit.

Suo córpori tunc nudo  
Non remánsit pulchritúdo,  
Decor omnis ábfuit.

Propter hóminum peccáta,  
Sua caro cruciáta  
Fuit inter vérbera.

Membra sua sunt disténta,  
Propter áspera torménta  
Et illáta vúlnera.

Inter magnos cruciátus  
Est in cruce lacrimátus,  
Et emísit spíritum.

Suspirémus et fleámus,  
Toto corde doleámus  
Super Unigénitum.

Mourn the death of Christ, O Christian,  
Night and morning show contrition,  
And in weeping find thy joy.

Concentrate upon Him duly,  
On the suffering Christ, that truly  
Thou mayest ever mourn for Him.

How despised and how dejected  
Was the God-King who effected  
Our release from Satan's thrall!

Cruel hunger, thirst all-burning,  
Tortured Jesus, but He, yearning  
For our love, did suffer all.

When the Mighty One forsaken  
Both by God and man, was taken  
To the cross, the Apostles fled.

Hands and feet with nails were riven;  
Bitter gall as drink was given  
To the King of Glory dread.

Blessed eyes, once clear and tender,  
Now their light to death surrender;  
Gentle face now groweth pale.

Body, once so fair exceeding,  
Hangeth naked, torn and bleeding  
Pain doth beauty now assail.

For the sins of men Christ dieth;  
For their souls to God He crieth,  
While He suffereth mortal pain.

All His members are distended,  
All by cruel wounds tormented;  
Streameth blood from every vein.

Thus upon the cross expiring  
Weepeth Christ, yet naught desiring  
But His spirit forth to send.

Let us now with tears and mourning,  
Over Christ our love out pouring,  
Comfort Him unto the end.

Hinc nostrórum peccatórum  
Gloriósus Rex cælórum  
Nobis donet véniam.

Atque secum perferéntes  
Crucem, ducat gestiéntes  
Ad aetérnam glóriam. Amen.

Jesus, glorious King of Splendor,  
By Thy love and mercy tender,  
Set us free from every stain.

Thus, our daily crosses bearing,  
And with Thee our sorrow sharing,  
Lead us to our heavenly gain. Amen.

### GOSPEL : JOHN. 19, 12-20

IN Illo témpore: Quærébat Pilátus dimíttre Jesum, Judæi autem clamábant dicéntes: Si hunc dimíttis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim, qui se regem facit, contradícit Cæsari. Pilátus autem cum audísset hos sermónes, addúxit foras Jesum: et sedit pro tribunáli, in loco qui dícitur Lithóstrotos, hebráice autem Gábbatha. Erat autem Parascéve Paschæ, hora quasi sexta, et dicit Judæis: Ecce Rex vester. Illi autem clamábant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilátus: Regem vestrum crucifigam? Respondérunt pontífices: Non habémus regem, nisi Cæsarem. Tunc ergo trádidit eis illum, ut crucifigerétur. Suscepérunt autem Jesum et eduxérunt. Et bájulans sibi crucem, exívit in eum, qui dícitur Calváriæ, locum, hebráice autem Gólgatha: ubi crucifixerunt eum, et cum eo álios duos, hinc et hinc, médium autem Jesum. Scripsit autem et título Pilátus: et pósuit super crucem. Erat autem scriptum: Jesus Nazaréus, Rex Judæórum. Hunc ergo título multi Judæórum legérunt: quia prope civitátem erat locus, ubi crucifíxus est Jesus.

CREDO

because the place where Jesus was crucified was nigh to the city. CREED

### OFFERTORY : Phil. 2 : 8

Christus Dóminus humiliávit semetípsum, factus pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis.

Christ the Lord humbled Himself, becoming obedient for us unto death, even to the death of the cross.

## SECRET

Misericórdiam tuam, Deus, errántibus a salúti trámite per oblatiõnem sui clemens Agnus obtíneat: qui mundus ad víctimam ductus, in ara crucis ómnium máculas immolátus abstérsit Qui tecum.

May the gentle Lamb through His self-oblation obtain Thy mercy, O God, for those straying from the path of salvation; who, led to the slaughter without blemish, through His sacrifice on the altar of the cross wiped out the sins of all. Who.

### COMMUNION : 1. Peter 2 : 21

Christus passus est pro nobis, relínquens exéplum, ut sequámur vestigia ejus.

Christ suffered for us, leaving an example that we should follow His steps.

### POSTCOMMUNION

Memória passiõnis Fílii tui, miséricors Deus, in sacris acta mystériis: sic ómnium mentem viva perlúminet ac firma pectus inflámmet; ut, ipsíus fidéliter obsequétes móniis, post eum crucem nostram volénti semper ánimo pererámus. Qui tecum.

May the commemoration of the Passion of Thy Son which has been celebrated in these sacred mysteries, O merciful God, so enlighten in its vitality the spirit of all, and in its strength so inflame their heart, that we, faithfully following His precepts, may ever willingly carry our cross after Him. Who with Thee liveth and reigneth.



Produced by The Society of St. Bede  
All words and illustrations from St. Andrew Daily Missal 1952 ed.